



H. Sax. C  
66

*H. J. Lax 52*



1751  
H. IMPERIALIS  
J. GEORGI  
M. J. B. L. S. S. I. N. I. U. M.  
L. I. B. R. A. R. I. A. R. U. M.  
P. R. I. N. C. I. P. A. L. I. U. M.  
L. I. B. R. A. R. I. A. R. U. M.  
P. R. I. N. C. I. P. A. L. I. U. M.  
L. I. B. R. A. R. I. A. R. U. M.  
P. R. I. N. C. I. P. A. L. I. U. M.

*H. Imperialis*

100  
101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
1000

IDEA

BONI PRINCIPIS.

expressa

IN

EDUCATIONE.

PIETATE.

PRUDENTIA.

CLEMENTIA.

MORTE.

SERENISSIMI ET POTENTISSIMI PRIN-  
CIPIS AC DOMINI,

DOMINI

JOHANNIS GEORGII

PRIMI,

DUCIS SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ  
ET MONTIUM, SACRI ROM. IMPERII AR-  
CHIMARSCHALLI, ET IN ELECTORALI COLLEGIO

SENIORIS. LANDGRAVII THURINGIÆ. MARCHIONIS MISNIÆ,  
SUPERIORIS ET INFERIORIS LUSATIÆ. BURGRAVII MAG-  
DEBURGENSIS, COMITIS IN MARCA ET RA-  
VENSBURG. DOMINI IN  
RAVENSTEIN.



EREPTI HUMANIS REBUS

POSTRIDIE NONAS OCTOBRES

ANNO AB INCARNATO CHRISTO  
M DC LVI.

POSTQUAM ILLIS INTERFUISSET  
ANNIS PROPÆMODUM LXXII.

ET

REMP. GUBERNASSET ANNOS XLV.

Die funerationis, qui erat IV. Februarii.

Anno Christi M DC LVII.

ROGATU UNIVERSITATIS LIPSIENSIS.

Rudi penicillo delineata

IN TEMPLO PAULINO

PER

JOHANNEM HULSEMANNUM

THEOL. D. PROF. ET PRÆPOSITUM CITICENSEM.

LIPSIÆ,

Typis & Impensis JOHANNIS VVITTIGAU.

IDEA  
BONI PRINCIPIS

EXORDIUM

EDUCATIO  
MORALE  
POLITICA  
CIVILIS  
MORALE

SEMINARIUM ET UNIVERSITATIS

IN

JOHANNIS GEORGII

PRINCIPI

DUCIS SAXONIAE, LITVAE, CIVILIS

ET MONTIUM SACRI ROMANI IMPERII

CHAMBERLAE ET INTELLECTUALIS COLLEGII

IN

UNIVERSITATE

LEIPZIGI

ERAT

POST ALIUM NOMINE OCTOBRES

MDCCLXXII

POSTquam

...

...

...

...

...

...

JOHANNEM HILSHEIMANNUM

...

LEIPZIGI

Typis impensis Johannis Witticani



VIRTUTUM.  
ET DITIONUM PATERNARUM HÆREDIBUS:

*SERENISSIMIS ET ILLUSTRISSIMIS PRINCIPIBUS  
AC DOMINIS,*

DOMINO JOHANNI GEORGIO  
SECUNDO,

Præcellentiæ Electoralis Hæredi, &  
Burggravio Magdeburgensi:

DOMINO AUGUSTO, POSTULATO  
Adminiftratori Archiepifcopatus  
Magdeburgenfis.

DOMINO CHRISTIANO, POSTULATO  
Adminiftratori Epifcopatus  
Martisburg.

DOMINO MAURITIO, POSTULATO  
Adminiftratori Epifcopatus  
Naoburgenfis.

DUCIBUS SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ,  
MONTIUM, LANDGRAVIIS THURINGiÆ;  
MARCHIONIBUS MISNIÆ,

*NEC NON*  
UTRIUSQUE LUSATIÆ, COMITIBUS MARCÆ  
ET RAVENSBERGÆ, DYNASTIS  
IN RAVENSTEIN.  
GERMANIS F. F. F. F.

DOMINIS AC NUTRITIIS MEIS CLEMENTISS.

IDEAM HANC

CONSECRARE

Pietas jusfit.

VIR T U T U M  
ET DITIONUM PATERNARUM HAEREDIBUS  
SACRAMENTUM ET HEREDITARIUM PRINCIPATUS  
AC DOMINII  
DOMINO IOHANNI GEORGIO  
Secundo

Præcellentiæ Electoris Saxonie &  
Burgravio Magdeburgensi  
DOMINO AUGUSTO, POSTULATO  
Administratori Archiepiscopatus  
Magdeburgensis.

DOMINO CHRISTIANO, POSTULATO  
Administratori Episcopatus  
Mansburg.

DOMINO MAURITIO, POSTULATO  
Administratori Episcopatus  
Naeburgensis.

DUCIBUS SAXONIAE, JULIAE, CLIVIAE,  
MONTII, LANDGRAVIIS THURINGIAE,  
MARCHIONIBUS MANNHEIMENSIBUS  
AC SACCORUM  
STRINGOVE LITAE, COMITIBUS MARCAE  
ET RAVENBERGAE, DUCIBUS  
IN RAVENBERGIA  
GERMANIAE LITAE  
DOMINO AC NOSTRIS MENS CLEMENTISS.

IDEAM RANG

CONSERVARE

Pictas iustitiae



## IDEA BONI PRINCIPIS. I



**S**ed hoc à me expectatis, Au-

ditores, ut feralibus lamentis aures vestras opleam, frustra estis. *Nolite flere mortuum, qui Natura cursum implevit; deplorate eum, qui egreditur, nunquam reversurus; qui neque in diebus suis prosperè egit, neque videbit virum de semine suo, qui sedeat super solium David, aut potestatem ullam habeat in Juda:*

castigabat immaturum Judæorum luctum Propheta. *Benedictus Dominus Deus Israel, qui dedit hodie sedentem in Solio meo, videntibus & inspe-*

*stantibus oculis meis!* habebat ex opposito grandævi Davidis *ἐπιβίτιον*, cum hac Epitafi: *Et mortuus est in senectute bona, plenus dierum, divitiis, & gloria, & regnavit Salomon Filius Ejus pro eo.* Est fanè non

vulgaris rei jactura, aut parvo æstimandum dispendium, occludi interrogantibus & prudentioris consilii indigis Sapientiæ Templum: obrigescere manum Imperatoris ad Capulum, Gubernatoris ad clavum, piscatoris ad hamum; & concidere Universi Romani Imperii Theatrum, vix LXXII. annorum spacio exstructum, & exornatum: At postquam Divina providentia hæc beneficia noluit esse mortalibus perpetua; etiam longi temporis interusurium singularis beneficentiæ loco habendum merito est: superiore tamen & longè eminentiore gradu collocandum hoc cœleste donum: quod, uti Bombyces inter subtegmina sua conditi, plures ejus gentis Artifices generant: Ita SERENISSIMUS NESTOR noster intra concham suam se abditurus, Quatuor filios Nestoridas, *σεμνὸς καὶ φρονιμὸς*, i. *modestos & sapientes* (quo ellogio Scholiastes Homeri Nelidæ Nestoris relictos septem Filios decorat) posteritati reliquit, in quibus paterna effigies Christiano Orbi ab annis jam bene multis relucet.

Sesostrim Ægypti Regem commendat Herodotus à singulari peritiâ Architectonicâ, *quòd Vulcano Templum aliud extruxerit: intra exuvias, & sub tecto Templi prioris:* Et Sidonios Mercatores Cælius: *Quòd navim in navi, per maris salsuginem & fluctus forte jam quassatâ, compingere didicerint:* SERENISSIMUS & POTENTISSIMUS DUX ELECTOR SAXONIÆ JOHANNES GEORGIUS PRIMUS, nativa ingenii fertia, & longo rerû usu exercitus divinâ comprimis benedictione allucente, tot pietatis & prudentiæ Theatra construxit sub cortinis scenæ suæ, Quot Serenissimos Filios utriusque sexus: Nepotes ac Neptes, Pronepotes & Abnepotes Christiano Orbi dedit; dedit autem LXXX. singulos Illustres & admirandos, ab egregio corporis habitu, nativâ morum probitate, pietate in Deum, fide in subditos: Ut Mechanicum sine exemplo, & Archite-

A 2 ctum

Jerem. XXII. 10. & ult.

1. Reg. I. 43. c. II. 2. 1. Chron. XXIX.

Parentes super- sunt in filiis.

Declaratur simili, Herod. lib. II.

Antiq. L. I. XVIII. c. 34.

IDEA BONI PRINCIPIS.

Etum sine pari dixeris, quem tot Illustria Orbis Theatra, Arcēo  
& Eōo Sole micantia Conditoem & Parentem Suum laudant.

Ampliatuꝛ pec-  
diffimile.

Suetonius in Au-  
gusto.

Augustus Cæsar publica opera plurima extruxit. Fo-  
rum cum Æde Martis Ultoris: Templum Apollinis in pala-  
tio: Ædem Tonantis Jovis in Capitolio; porticus Liviæ & O-  
ctaviæ, Cloacas etiam & aquæ ductus: Sed in procreandis filiis  
ulla laude conspicuis infelix & postremus omnium fuit; suapte  
dammandus sententiâ: quod nullâ domesticâ laude filiis præ-  
ivisset: At Serenissimus Nestor noster ita diffudit opes atque di-  
vitiâs ingenii sui, ut & Ipse prior ac superior in quavis virtute pro-  
mineat, & Germana Virtutum germina, non Sidonia aut Persica  
Virtutis simulacra in posteros transfudisse cernatur.

Vivit igitur JOHANNES GEORGIUS, vivit. Vivit in  
Imperatorum & Regum animis: quos ut ætate & experientia su-  
pergressus est omnes; ita nulli eorum non fuit in oculis, quæna  
sibi quisque lucraretur ac devinciret! Vivit in æqualium & Col-  
legarum suorum, sacri Romani Imperii Ducum Electorum &  
Conservatorum animis, qui ab ore Nestoris hujus sui pepend-  
erunt, ductuque ipsius Reipublicæ navim ab everfione libera-  
runt! Vivit in animis & nunquam delenda memoria subdito-  
rum; quorum sacra & Lares, vitam ac fortunas, opida & pagos,  
prædia atque arces glifcente hoc tricennali bello tantâ fide de-  
fendit ac propugnavit, ut nec cæspitem hostis abstulerit, nec gle-  
bam ab avito prædio defulcârît! Vivit denique in tot vivis ima-  
ginibus Serenissimorum Capitum, quæ JOHANNEM GEOR-  
GIUM DUCEM ELECTOREM SAXONIÆ, fatorem & parentem  
suum nuncupant: quavis alia effigie clariora & Illustriora spe-  
cula, habitantis in se paternæ atque avitæ gloriæ!

Vivit JOHAN-  
NES GEORGIUS  
in Filiis.

In hisce Lampadibus non potest deficere oleum honestæ  
laudis & commemorationis: In hisce Lucernis non potest extin-  
gui lumen paterni splendoris, per Universum Orbem diffusi!  
*Qui docet filium suum, laudabitur in illo, & in medio domesticorum in illo glo-  
riabitur, (inquit Sapiens) Qui docet filium suum, irritabit ad Zelum inimi-  
cum suum, & in medio amicorum gloriabitur de illo. Si mortuus fuerit Pater,  
erit quasi non mortuus: similem enim reliquit post se. In vita sua vidit & leta-  
tus est in illo; & in obitu suo non est contristatus, nec confusus coram inimicis  
suis: Reliquit enim defensorem Domus contra inimicos, & qui Amicis reddat  
gratiam.*

Sir. XXX. 3. 4. 5. 6.

Felicioꝛ Anchise.

Evandrum Arcadiæ Regem introducit Maro ruentem in am-  
plexus Ænææ, quamprimùm conspexisset Juvenem, Patris ora  
vultusque referentem;

— — — *ut Te fortissime Teuerum  
Accipio, agnoscoque lubens? (inquit) ut verba parentis,  
Et vocem Anchise magni, vultusq; recorder!*

Totum

Totum adeò Anchisen Natus referebat Æneas.

Theodosius M. referebat genus suum in Trajanum Imp. cui & moribus & corpore persimilis fuit, tam vultu quàm incessu, ut vel hac una de causa militum pariter ac civium in se benevolentiam provocaret: usque adeo, ut, cum populus ex veteri formula consuevisset acclamare novis Imperatorum auspiciis: *Ne sis Trajano melior! nunc publicis vocibus & votis deprecaretur: Ne quis Theodosio melior Princeps exoriretur, aut expectandus restaret!*

*ipsoque Theodosio M. Imp.*

*Sextus Aurelius Victor, Historiz August. scriptor, in Theodosio. Baronius ad Annum CCCXCV. fol. 622.*

Quantò beatior ille Princeps, Auditores, cui felicitas hæc in quadruplo obtigit, cui Filii Quatuor, Virtutes paternas certatim æmulantes superlunt? non pueri, non adolescentes & cærei, non qui *adolescenciæ fores adhuc pulsant*, quod de Theodosii Magni filiis Ambrosius loquebatur: Sed atate proveci & validi, *Ambrosius in fune, re Theodosii.* iudicio pariter & experientia confirmati, regendis civibus jam assveti, consilio atque institutis firmi, cui, inquam hæc Lumina lumina sua clausurunt? quid dico clausurunt? paverunt atque delectarunt in vita, & nunc in morte caligantia, transumptâ à Beatissimo Patre nova luce collustrant & collustrabunt?

Solus *Paradisus* gaudet hoc privilegio, ut in *meditullio ejus scaturiat fluvius*, egrediens de loco voluptatis ad irrigandum hortum, atque inde dividatur in quatuor brachia. At nobis hic non suppetit ad consecrandas Allegorias ocium: Dabimus tamen his IV. fluminibus ex horto Eden, sive loco voluptatis ortum suum ducentibus id obsequii, ut ad ductum *B. Lutheri*, de regionibus hisce optime meriti Antistitis, Genium & ingenium JOHANNIS GEORGII PRIMI, veluti fluvium scaturientem è loco voluptatis, ad irrigandum Ecclesiæ & Reip. Christianæ Paradisum, derivemus per hos Quatuor Canales: (I.) per pietatem in Deum & Imperatorem *Proposito.* (II.) per amorem & fidem in subditos (III.) prudentiam & gravitatem inter Consiliarios & Aulicos. (IV.) per Fortitudinem & Constantiam in hostes. Per hos enim IV. Rivos, Virtutem Principis diffundendam esse, Magnus ille Principum Vindex LUTHERUS in libro de Magistratu Civili & ostendit egregiè, & masculè commonstravit. Non sum de attentione vestra magnopere sollicitus, PATRES CONSCRIPTI; observantia Vestra erga Principem præclare de nobis omnibus meritum, jubet me esse securum.

*Gen. II. 10.*

*Comparatio cum Fove Paradisi.*

*Proposito.*

*Luth. Tom. II. Jen. vni Christif. Obrigheit/ parte fol. 100, seq. Edit. a. 186.*

*Ein Fürst mus sich in vier Theil theilen &c.*

*Tertullianus de Baptismo. Hier. ad Latana.*

*Fieri, non nasci Christianos*, vetus & verum Tertulliani pronunciatum est, Hieronymo quoq; laudatum. Fiunt autè non solum in formatione publicâ pastorum & præceptorum, verum etiam Catechesi privata & exemplis parentum: & nescio, utri se facilius ac felicius insinuent vacuis adolescentum mentibus? Adsciti ex consilio præceptores, An dati per naturam? Naturâ sanè sic comparatum est, ut à nutricum ore pendeant infantes, quarum lacte

Pietati filii in Deum  
obstetricatur JO-  
HANNIS GEOR-  
GII Mater.  
Natus DN. JO-  
HANNES GEOR-  
GIUS I. d. V. Mar-  
tii M. D. LXXXV.  
Orbatus Serenissi-  
mo Patre d. XXV.  
Sept. M. D. XCI.

nutriuntur, quarum detergantur manibus, per quas amiciuntur, ducuntur & sustentantur. Itaque cum Serenissimo Genitore suo CHRISTIANO I, Duce Electore venerandae memoriae, intra annos primae nutritionis orbaretur Dux JOHANNES GEORGIUS PRIMUS, Genetrice sua, Dna. SOPHIA, sat a Electorali sanguine Brandeburgico, nunquam satis laudata foemina, pientiore aliam, aut de salute Filii magis sollicitam matrem nancisci non potuit. Quantum enim Debora Prophetis, Ecclesiae & Reip. Israeliticae: Quantum Ephraim Hanna, educatione Filii sui Samuelis, sanctitati & puritati cultus divini profuit: Quantum Loth & Eunice, Avia & Mater Timothei, Christianae Republicae contulerunt, quod Filium a puero sacris imbuerunt literis: Quantum universi Orbis saluti Helena Constantini Mater: Quantum Ecclesiae Christi ab Arianorum tyrannide vindicandae Placilla Theodosii Magni Conjux, Arcadii & Honorii Imperatorum Genetrix praestitit; Tantum florentissimis harum Regionum Ecclesiis, tantum Universae Germaniae ab impetigine falsae doctrinae praeservandae contulit Veneranda TRIUM Ducum Electoralium, CHRISTIANI SECUNDI, JOHANNIS GEORGII I. & AUGUSTI Genetrix SOPHIA.

Aug. I. III. Con-  
fess. c. 4.

Jesu & Christi, Salvatoris Mei, Filii Tui Nomen in ipso adhuc lacte Matris, tenerum cor meum pie biberat, & alte retinebat: Et quicquid sine hoc Namine fuisset, quamvis literatum & expolitum, & veridicum, non me totum rapiebat, est vox confitentis Adolescentiae suae studia Augustini: Quibus pariter rationem reddit: cur lecto Ciceronis Hortensio flagrantia ardoris erga Civilem Philosophiam refrixerit; quia videlicet Nomen Jesu non legebatur ibi.

SYMBOLA JO-  
HANNIS GEOR-  
GII.

Hoc sollicitudini, hoc informationi Maternae acceptum fert sanctus Doctor. Quorsum igitur Nos referemus, Auditores, quod Vobis abunde constat sexcenties repetitum a Serenissimo Principe jam decumbente diverbium: *Jesum meum non deseram? Meinen Jesum lasse ich nicht!* Quorsum inde a prima juventam suscitaram flammulam? SCOPUS VITAE MEAE CHRISTUS: nisi ad materna instituta, cum primo lacte sueta, alte retenta, ut Sanctus loquitur; quorum praesidio per universam hanc vitam Tutus fuit a contagio erroris in fide, a contagio vitiorum in vita, a periculo desperationis in morte.

Orae. XXIV. in  
laudem Caesarii.

Suae Matris pietati singulare hoc praemium divinitus contigisse gloriatur Gregorius Nazianzenus, quod non solum Maritum suum, verum etiam binos Filios, Gregorium & Caesarium dignitate Episcopali fulgentes viderit & admirata fuerit; seque, ac Germanum suum beatos praedicat, qui per exempla Parentum virtutis colenda necessitate constricti fuerint: Pietati SOPHIAE BRANDEBURGICAE Rarissimum hoc & egregium divina providentia reddidit praemium, ut non MARI-  
TUM

Domina Sophia E-  
lectoris filia, Ele-  
ctoris natus, &  
duorum Electorum  
Mater.

TUM solùm, Geminosque FILIOS; verùm etiam Socerum AUGUSTUM illum Septemvirum viderit, & Nepotem JOHANNEM GEORGIUM Secundum, Dominum nostrum Clementissimum, manibus complexa fuerit, & precibus quasi suis ELECTOREM ROMANI IMPERATORIS consecravit.

Macrina *Basilii Magni* Avia incomparabili encomio effertur tum à Nepote ipso, tum ab Ellogista Basilii, *Gregorio Nazianzeno*, quod Ecclesiæ Neo-Cæsariensis immunitatem ab infectione hæreseos Sabellianæ, cum intercessionibus ad Deum, tum fideli informatione filiorum & nepotum, sola penè tutata fuerit: Qui tempestates superiori seculo in hac provincia excitatas recolunt, Unius penè Matris SOPHIAE vigilantiam stetit recordantur, ne exhalationes de lacu Gebennensi fumantes Solem purioris doctrinæ nobis infuscarent.

*Nazianz. orat. in laudem Basilii.*

*Gracchorum Matris* tanquam insigne facinus prædicat *Hieronymus*, quod decantatam Filiorum eloquentiam suis sermonibus à prima infantia formaverit: & quod Hortensii, celeberrimi Romani Oratoris eloquentia inter maternos sinus coaluerit: Quotò præclariùs de Rep. merita est SOPHIA BRANDEBURGICA, quæ Filium JOHANNEM GEORGIUM à teneris unguiculis, non ad sapientiam & eloquentiam solùm, verùm etiam ad salutarem Christi agnitionem, & candidæ pietatis exercitia formavit & expolivit? Cujus pietate & Jupiter ipse, & Serapis Ægyptius ad fidem Christi potuissent adduci, si talem Informatricem habuissent.

*in Epistola ad Lactam.*

Quamquam enim Præceptores Heroino pectori admoti, monitis & exemplis suis ad pietatem & bonos mores facem præferrent: Fallus tamen sæpè est etiam Ministris suis SERENISSIMUS PRINCEPS: Plus se profecisse ex Maternis monitis, accuratæque disciplinæ, quam Præceptorum Institutis; Nec cuiquam suæ conditionis Principi facile concessurum, cui Genetrix in majore veneratione esset, atque SIBI veneranda Mater SOPHIA. Hujus Ille monita tanquam cœlitus delapsa pronus suscipere, Hujus institutis promptus obsequi, Huic superstiti in Anno Jubilæo post Christum natum M. DC. XVII. ut ostenderet, quid ex disciplina *S. Lutheri* hausisset, monumentum ære perennius, auro argentoque cufis excitare, in quo visitur Romani Imperii etiam altera vice Vicarius, adgeniculans altero poplite, Matrem Solio collocatam his verbis affari: UT SALOMON SIC EGO MATREM! Huic etiam vitæ functæ singultibus & lacrymis uberimis parentare: Hanc per universam denique vitam tam impensè colere, tam sanctè revereri, ut ad solum Matris Nomen non tremeret quidem, singularis tamen pietatis & observantiæ signum nunquam non daret. Nunc desinite mirari, Auditores, longæ-

*Dux JOHANNES GEORGIUS Imperii Vicarius post obitum Rudolphi & Matthei Imp.*

vita-

vitatem PRINCIPIS: In promptu caussa est: Pietas adversus MATREM.

Ex pietate Materna derivata est pietas erga Deum.

Clementis Bulla extat apud Laertium Cherubinum. Tom III. Bullarii Magni. Sixti Quinti Bulla n. 74. ap. Eund. Tom. II. Urbani VIII. apud Eund. Tom. IV.

Die XXVII. Augusti.

Parentes verò, quùm omnium Gentium consensu, Divinè Numinis viva quædam simulacra Filiis repræsentent, & honor parentibus habitus, in Deum ipsum redundare, etiam Barbarorum judicio existimetur; non potest ex his filialis pietatis asteriscis esse obscurum: quo animo in Supremum Parentem DEUM SERENISSIMUS PRINCEPS fuerit? Pio videlicet, fiducia pleno, obsequente, morigero, & quod caput est, retinentissimo divinorum institutorum, usque adeò, ut Adolescens sedecim annorum, cùm mutato habitu Italiam peragraret incognitus; in reditu autem, morbo correptus atque agnitus fuisset à Mediolanensi Medico, quem sanitatis causâ accersiverat quidem, sed quæ Principem, Antichristi Characterè non insignitum deseruerat: Ipsi quoque Romano Antistiti Clementi OCTAVO innotuisset, Romamque denuò visendam à Pontifice invitatus esset; *properè se ex Italia reciperet*, et si cum bona valetudine nondum omninò in gratiam redierat: Ne gloriaretur Roma, ut solet: Redire hostes suos ad deosculandum pedes triumphantis Capitolini Jovis: neque civilem honorem, qui Domino territorii non negatur, in consensum erroris verteret. Instauraverat enim Inclemens ille Clemens eopse anno, quo SERENISSIMUS PRINCEPS Romam appulit, i. e. M DC I, post SALVATOREM natum, *Generalem congregationem Universalis Officii inquisitorii adversus hæreticam pravitatem, quam vocant: confirmatis Pauli III. & Sixti V. Bullis, quibus jubentur Inquisitores, ut in denunciatos illico animadvertant pænis jure Romano constitutis, scrinia eorum compilent & excutiant: libros suspectos vel prohibitos surripiant, possessores in carcerem compingant, questionibus subjiciant, cæteraque exequantur, quæ processus inquisitorius præscribit.*

Promulgaverat Idem Flamen paulò ante, *Novum Indicem librorum prohibitorum*, quo confodiebantur libri *Dd. Ægidii Hunni, Polycarpi Lyseri, Salomonis Gesæri*, aliorumque, quibus utebatur SERENISSIMUS PRINCEPS Magistris, eorumque scriptis veluti Cynosurâ & Directorio viæ, ad prætervehendos obviorum errorum scopulos. His autem viæ Comitibus spoliari, gravius videbatur Optimo Principi, quàm sine adminiculo Acus Nauticæ Ægeum trajicere: Quanquam enim aliquando conniveant Exploratores, confirmavit tamen Decessorum Suorum in hanc partem edita & promulgata decreta etiam *Urbanus P P. IIX.* superiore anno Trigésimo primo. *Ut pericula sint & maneat omnium, exempla paucorum.*

De pietate in Christi Exules, Pastores, Ludimagistros, atritas Templorum, Academiæ, Scholarum, Nosocomiorum

rum

rum, Hospitalium, Orphanotropheorum dotes, malo nihil quàm pauca dicere. Parietes medius fidius, atq; ipsa Tectorum laquearia supra fidem esse ostendent, quantum detraxerit peculio suo JOHANNES GEORGIUS ELECTOR, & confovendis Christi membris & restaurandis Christi ædibus de suo consecra-  
verit.

De fonte sinceræ & candidæ pietatis in Deum, scaturit quoq; insatiabilis illa Beatissimi Principis sollicitudo pro sincera & solida informatione SERENISSIMORUM utriusque sexus pignorum, in vera Catholica & Apostolica fide de Christo, & mediis ad consequendum supremam beatitudinem divinitus ordinatis: Hæc Cura SERENISSIMI Patris animum sic totum occupavit, ut non solum Gatechetas, infantia & pueritia utriusq; Sexus adhibendos, Religionis purioris tradendæ sacramento constringeret; Verùm etiam hæredum Masculorum Informatores in Ethicis, Politicis, Jure publico, & vicinorum regnorum vernaculis sermonibus inculcandis, Doctores Juris, & peregrini sermonis gnaros, *Hantshmannum, Heidelbergerum, Aneforgium, Schelium* præstiti Jurisjurandi frequenter admoneret, ne quid libellorum aut scriptorum suspectorum clam surrepere aut insinuari Principibus paterentur, nec quenquam in Conclave admitterent ad confabulandum, de cujus sinceritate in fide erga Deum, & honestate in moribus satis ante non constitisset. Hanc sollicitudinem in SERENISSIMUM quoq; Nepotem DN. JOHANNEM GEORGIUM TERTIUM, *præcellentiæ Electoralis Hæredem natum, Dominum meum Clementissimum, Sanctissimum Avum* extendit, uti testari non solum Aulici & Consilarii, cum primis verò Nobilissimi Domini Ephori possunt, Verùm etiam me hinc contestari æquum censeo: Quòd intra proxime lapsum quinquennium, ex quo SERENISSIMUS HÆRES per ætatem aptus fuit capiendis & apprehendendis salubribus documentis, nunquam in Aulam venerim, quin me juberet PIENTISSIMUS SENEX, ingredi Scholam horis informationi Principali dicitis, auscultare iis, quæ proponebantur, & explorare atque etiam accendere tam Informatoris, quàm Informandi studium. Atque hanc exhortationem nunquam prætermisit PRUDENTISSIMUS NESTOR sine insigni aliquo Apophtegmate Pædagogico, ex quo & ipse proficere possem.

*Pietas patris erga filios in Vero Dei cultu educandos.*

Neque verò potuit pietatis Sator & Remunerator Deus, frustrari istam sollicitudinem fructu suo: Quin potius insigni pietatis præmio hoc retulit SERENISSIMUS DUX ELECTOR SAXONIÆ JOHANNES GEORGIUS I. ut per Uni-

*Premia pietatis*

B

ver-

versum Romanum Imperium, (non mentiar, si dixerò per Universam Europam) ipse solus gloriari inter Æquales possit: Se unicum, *Tres Filias* maturâ ætate Virgines Serenissimis Principibus elocasse: Liberos, nepotes & pronepotes Septuaginta duos, florentem ac lætatum ex utroque sexu suscepisse; & quod rarissimum est: Filios Quatuor Mæculos sic continuisse intra pudoris lineas, atq; etiam produxisse ultra Viriles annos, in quorum neq; fide, neq; obedientia, neq; pudicitia, neq; modestia, Calumnia ipsa maculam ullam sive ostendere potuerit, sive etiam fingere fuerit ausa. Percurrite omnes Christianorum Regum & Principum cœqualium Aulas; Divinum & cœleste quiddam observabitis in pædagogia Filiorum Ducis Electoris JOHANNIS GEORGII PRIMI.

*Felicitas in bona  
educatione Libero-  
rum.*

*Pietas in Cæsarem.*

Pietati in Deum & Parentes, comitem indivulsum associavit Beatus Princeps pietatem in Imperatorem & Imperium Romanum, supremam Christiani Orbis Remp. Quanquam enim ipsi non deessent, quæ Plato & Aristoteles ad vindicandam & defendendam singularem Remp. requirunt: Admicula quoque polliceretur occasio, non semel atq; iterum, sed tertium, & quartum, & quintum, sive devolutâ ad se potissimâ gubernationis parte, vacante Imperio: sive contententibus de summa Rerum Agnatis: sive insurgentibus vicinis, sive rebellantibus Vicinorum Subditis; quarum partium nulli facultas erat emergendi, vel etiam potiundi desideriiis suis, invito Saxone: semper tamen se continuit intra limites, a vitis Imperii legibus, Recessibus, Constitutionibus & cum primis eâ, cui *Aurea Bullæ* nomen à signato Metallo cessit, consignatos: maluitque Romano Imperio servare fidem, & publicam tueri tranquillitatem, quàm familiæ suæ extendere potestatem. Nec quicquam unquam sibi usurpavit, in defendendis suis provinciis, aut depellendis injuriis, à quo, non dicam jure divino, naturali aut gentium, sed vel ulla Imperii lege, quæ rogari aut sanciri ipso invito non poterat, prohiberetur. Hoc ellogium non solum à succedentibus ordine Quatuor Romanis Imperatoribus meruit; verum etiam ipsis civilium bellorum flabris, quæ palàm gloriantur, quantam cladem dederint paci publicæ, Insestione, persecutione, & oppressione eorum, qui in expositione sacrarum literarum dissident ab Unius ambitiosi homuncionis dictatis. Falluntur enim quæ putant: præcipuam contentionem esse Catholicis per Orbem Christianis cum parte Romana, de legitimo Cultu Dei, de Consensu cum Ecclesia veteri, aliisque Christianæ doctrinæ Capitibus; *De auctoritate & Monarchia Unius hominis* tota contentio est. *Quid enim senserit? rectène senserit inde ab Apostolorum ætate*

*Rodolpho II.  
Matthia.  
Ferdinando II. &  
Ferdinando III.*



etate omnis retrò Christiana Ecclesia? id omne suspendit Roma ab auctoritate & interpretatione presentis Ecclesie: presentis autem Ecclesie veracitatem & auctoritatem suspendit ab Autoritate & veracitate Unius Romani Episcopi: pro qua constabilienda tota ista Scena instruitur, bellum movetur, fiunt armorum collisiones, fiunt induciæ, confit pax. Veruntamen, ipsa etiam Suscitabula istorum incendiorum, & qui hoc supremæ laudi suæ ducunt, quòd turbare tantisper pacem Imperii, dissidia Principum alere, oleumque igni datâ operâ studuerint infundere, donec cogerentur dissentientes sive admittere jugû Romanæ sedis, sive sponte sua votiva ipsi colla dedere; SAXONIS fidem tamē non possunt nō in cœlum ipsum attollere. Inter hos primo loco refero *Carolus Caraffam*, Episcopum Aversanum, Romani Antistitis in Germania Legatum, postea Cardinalem, qui Ephemerin consignavit cladium & ærumnarum à se, ex præscripto Legationis suæ Dissidentibus à Romano ritu illatarum, additis etiam tabulis publicis, & testimoniis Curiarum sive Cancellariarum: Quot & quantas calamitates, quo anno, qua die intulerit Confessoribus Evangelii in Regno Hungariæ, quantas in Regno Bohemiæ, quantum damni in Superiore, quantum in inferiore Austria, quantum dederit in Germania? Quibus artibus sufflaminaverit pacis consilia apud Imperatorem, quibus apud Hispanum, quibus apud Bavarum? Cujusmodi *Syllabus & diarium* rerum in fraudem & necem Evangelicorum à se gestarum, adjectus est ad calcem Historiæ, cui falsus Aruspex titulum *Germaniæ Sacre instauratæ* præscripsit. Ille, inquam, ipse Gelasius, Ducis tamen Electoris Saxonie, Patris Patriæ nostræ moderata consilia, animumque pacificum collaudat, eâ ipsâ tempestate, quâ nemo ex Christianis per Europam Regibus aut Principibus Romanis rebus *aque formidandus erat, atque Elector Dux Saxonie* JOHANNES GEORGIUS. Quanquam idem scriptor passim indigna alia inspergat & comminiscatur.

Eodem Tempore, quo sulphureum illud Edictum de Restituendis, id est, transferendis ex Antistitis Romani arbitrio Bonis Ecclesiasticis sudabat in Incude, Hebronensis titulo Episcopus, & Bambergensis Chorepiscopus *Fridericus Fornertus*, in Epistola dedicatoria ad potentissimum Cæsarem Ferdinandum II. gloriosæ memoriæ, commendat JOHANNEM GEORGIUM Saxonie Electorem à fide & pietate infucata: eumque salutat *Principem Patriæ amantissimum justitiæ studiosissimum, VERUM ISRAELITAM, in quo non est dolus.*

Exigua profecto laus fuisset, si hoc tantum in Nathanaele Christus laudasset, quod homo fraudulentus non esset: *Laudat ergo Universè morum simplicitatem atque candorem. Vocat verum Israelitam, ve-*

Bellarmin. l. 1. de Effectu Sacrament. c. 25. §. ult: *Omnium conciliorum firmitas, & omnium dogmatum firmitas pendet ab auctoritate presentis Ecclesie.*

Decreta, Diplomata &c: quæ in favorem Relig. Catholice in Germania emanarunt ab anno 1620. ad ann. 1629. sub fin. German. Sacre.

Præmisliensis Episcopus Pinfecius, in Chronico ad an. M. DC. XXXV. fol. 176:

*Libuit tractare pacem tantum cum Electore Saxonie: Cujus solius potentia rationibus Dominus Austriacæ magis obfistere, & ejus auctoritate reliqui omnes ad pacifica consilia stelli, aut armis conjunctis compelli, seu etiam contemni possent viderentur.* Frider. Fornertus Hebronensis Episc. in præfat. Palmæ Triumphalis.

rum Imitatorem Jacob, Hominem probitate simplicitateque insignem, qualis fuerat Jacob. Quasi, qui ejusmodi non essent moribus, verè Filii Israel non essent, attexit ad hæc verba, post Augustinum, Jesuita Maldonatus. Non timebat videlicet fortitudini & Constantiæ animi sui Dux fortissimus, si & Deum religiosè coleret, & Superiorem suum reverenter observaret. Non cadit iste metus in erectas Christianorum mentes, ne fortitudini intercedat pietas. Itatorum & Romanensium iste metus est, complicum Testimonio proditus. *Bonus Deus*, inquit B. Augustinus, *Constantinum Imperatorem, verum Deum colentem, tantis terrenis implevit muneribus, quanta optare nullus audeat: Ne existimarent homines, has sublimitates neminem consequi posse, nisi pietatem exuat.* Egregia Jasonis vel etiam Medæ progenies, quæ *Viris quidem gallinaceos ad dimicandum animos infundi docet, ex conceptis ad sagittiferam Venerem votis; Ex reverentia Numinis autem, & fiducia in Conditorum & Arbitrum Universi Orbis concepta, flaccescere virorum animos, collabi fortitudinis florem, exarescere scaturiginem animositas?* Mirum, & siderationis instar habens; si inspectantibus Gallinis crescunt dimicantibus istis Gallis animi: Inspectantibus autem Tribunis decrescant centurionibus! Nec centurionibus inspectantibus accendatur in milite gregario virtus, nec lustrante & obequitante exercitum Imperatore, fortiter rem agant, qui sub signis ejus præliantur!

*Wilhelm. Ferdinandus* ab Efferen de Idolo Status lib. I. puncto 12. *Conzen Daniel* cap. XLVII. & XLVIII. *Politicorum* lib. III. 18. *August. V. de Civ. Dei*, c. XXVI. *Plutarchus* de Malignitate Herodoti: In feminis Græcis, solas Corinthias votum fecisse ad Venerem, ut Viris desiderium dimicantium Barbaris infunderet.

II. Samuel. XXII. & Psal. XVIII.

Jubeamus facessere fidem omnis sacræ historiæ, quæ jurat, quæ contestatur: *Reverentiam Supremi Numinis armare Cultores in prælia, docere Cultorum manus arcum tendere, hostium propugnacula subigere, muros dejicere, atque alia fortitudinis argumenta edere; Consensu omnium populorum excitat Auditor,*

*Excitat Inspector studium, laudataque virtus  
Crescit, & immensum gloria Calcar habet!*

Adeone amari non possunt, quos reveremur? Unde Laconibus accensa Virtus, unde Spartanis, unde Atheniensibus? Annon ex Parentum stimulis, quibus & coercebantur immorigeri, & incendebantur ardentes in prælia: *Ἡ τῶν, ἢ τῆν τῶν* habebat Suprema Vox Matris Lacænæ, porrigentis filio Clypeum: *Aucum hoc, aut in hoc Clypeo redi.* Verùm, sicuti in fœminis Græcis solæ Corinthiæ tam molles erant, ut Venerem adorarent, quæ refractione Voluptatis Veneræ, Virorum desideria accenderet, ne pigeret dimicare cum Barbaris; atque hoc egregium fœminarum facinus ad τὸ Κορινθιάζειν haud immeritò referebatur: Sic Iberorum atque Itatorum fortitudini etiam hoc præcipuum faciliè largimur, ne unquam incitamentis aliis quàm Veneris fulciatur.

*Plutarchus* in Apophteg. Lacænarum.

*Plutarchus* supra de malign. Herodoti.

Cura JOHANNIS GEORGII pro conservanda puritate doctrinæ Evangelicæ.

Nec potuit aliunde, nisi ex sincera in Deum pietate proficisci perennis & assidua illa PRINCIPIS cura, pro conservanda puritate

ritate

ritate doctrinae Evangelicae, cum in Suis, tum etiam vicinis Con-  
 sangvineorum fidei suae, quin & Dissidentium Regnis ac pro-  
 vinciiis: Hanc inde ab exordio Imperii sui, imò & ante devolu-  
 tos ad se gubernationis fasces, & suscepit alacriter & masculè  
 prosequutus est. Cum primis quidem rogando & obsecrando pro  
 tolerandis Evangelii Confessoribus in Stiria, Carinthia, & Au-  
 stria, mox sub initium Seculi hujus Septimi & decimi post Chri-  
 stum natum: Tum verò exhortando, instando, commonefa-  
 ciendo, & non solum precibus, sed tantum non armis interce-  
 dendo, pro Clientibus orthodoxis, *in fidei Majestatis Imperatoriae &  
 Regiae receptis, & de fontico ullo crimine nondum convictis: Ne perinde atque  
 fontes ejicerentur sedibus suis; Neve mulctarentur sive ereptione Sacrarum  
 Aedium, & Oratoriorum, quae ipsi titulo oneroso redemerant: sive libera pro-  
 fessione & exercitio Veritatis Evangelicae,* quam neque Imperatoriae,  
 neque Regali, neque Archi-Ducali potestati fas erat ab ullo Ro-  
 mani Imperii Cespice profligare, nedum evertere aut averrun-  
 care. Eratque in propinquo, ut admitteretur aequa petitio Reli-  
 giosissimi Principis, cui praeterea Romanus Imperator bonam  
 Imperii sui partem debebat; nisi flamen Dialis intercessisset paci  
 Germaniae, jussissetque pariter ac pervasisset proferre cruenta  
 signa, donec Germanorum pertinacia vel frangeretur, seque  
 propius ad desideria & spes Almae Urbis converteret, vel etiam  
 invita compelleretur. Quod facinus adeò non negat esse suum  
 Autolycus Sinon: ut ad perpetuam posteritatis memoriam &  
 Germanorum contumeliam, ipse tabulis aeneis haec & id genus  
 encomia sua inscribi & palam extare curaverit.

De noxa Ipsi quoque Germanorum Reip. à se illata Thraſonicè glo-  
 riatur Alastor. *Translationi, inquit, Electoratus Palatini non leviter se oppone-  
 bat Dux & Elector Saxoniae, missusque ad eum ipse Archidux Carolus, illius amicis-  
 simus, ut persuaderet sic expedire: vix impetrare ab eo potuit, ut in solum Bavariae  
 Ducem Maximilianum Electoralis dignitas transferretur, non verò in illius ha-  
 redes transiret, sed ad Friderici Palatini Filios devolveretur: Cui consilio cum  
 Caesar voluisset ad tempus morem gerere, & Sedes Apostolica non parum metue-  
 ret, ne translatio Electoratus vel omninò omitteretur, vel saltem in plures an-  
 nos differretur, ac tandem evanesceret occasio tam insignis, Rem Catholicam au-  
 gendi; acriter laboravimus tam Bruxella, quam Madriti apud Regem, &c.*  
 Haec ille ad annum M DC XXI. *Germania sua Restaurata.*  
 Iterum ad annum M DC XXII: *Cum in itinere Caesaris (ait) Scer-  
 tingam versus, ad Ratisbonensia Comitia euntis, pervenisset à Saxone Nobilis  
 quidam, qui tam voce quam scriptis suo nomine questus erat de praedicatorum Pra-  
 gensium ejectione, quam Elector illaudabilem dicebat: Hinc tota ferè Aula  
 commota fuit, & in ME culpam quilibet rejiciens, non solum haeretici, sed & Ca-  
 tholici, Ardentibus meis consiliis offensi, non dubitarunt METURBATORIS  
 PACIS nomenclaturam dehonoreare; Jamque ogganniebant etiam illi, qui Ele-  
 ctoratus Translationem non optabant; cum Saxonia Electorem emanfurum*

*Tum in suis,  
 Tum in vicinis  
 provinciis.*

*Caraffa Germa-  
 niae suae, pag. 153.  
 seq. 160. seq.*

*pag. 142. 175.*

*Vide contra Pauli  
 Piaſecii Praemis-  
 lienſis Episcopi  
 judicium in fine  
 Chronici Gestor-  
 um in Europa  
 singularium.*

*Et de Intercessio-  
 ne Saxonis, ad an.  
 1622. fol. 424. 427.  
 edit. Crac. Ad ann.  
 1624. fol. 443.*

(à Comitibus) dicerent, & mox acerrima bella à multis preparata vaticinarentur, integra Catholica Religio in periculum extremum deduci posset. Quæ omnia Casarem vexarunt, & me de contrario aliquo DECRETO sollicitum, ex itinere revocarunt. Quare ad Casarem accedens, Ei magno conatu persuadere studui: Sic divina voluntati fortiter & suaviter omnia disponenti placuisse: Neq. TALEM PRINCIPEM (Saxonem) merito tantopere offensum, h rem, quæ ad Ipsum parum spectabat: Debeamus Majestati suæ in memoriam reducere, nullum esse in Imperio Regulum, ipsosque Hereticos satis depressos, (inter quos lubebat recensere SAXONEM) qui toleret in patrimonio suo quinquam, religioni aut sectæ suæ non obtemperantem, &c.

Idem. p. 159. &amp; 62.

Verùm Casar cogitabundus literas ELECTORIS Saxonie ostendit, quæ inter alia mentionem literarum Suæ Majestatis ingerebant Anno M. DC. XX, quibus Casar Calvinistas Extirpatores tam Catholicæ quàm Lutheranae Religionis nominaverat. Quam Insimulationem Calvinistarum, propter ejectionem predicantium è Regno Bohemæ, Ille in Casarem modestè rejiciebat.

Quare cum sua Majestas (prout mihi videbatur) maluisset, Ejectionem in aliquod tempus fuisse dilatam, ostendi: Nihil in celeritate erratum esse, sed potius in nimia Decreti procrastinatione &c: Quare Casar, evocato concilio & suorum sententiis Aulicis, quos instruxeram, statuit, in facto Decreto persistere &c:

Ubi Ratisbonam accessimus, ex literis cujusdam MINISTRI Ducis Saxonie, qui fratrem Catholicum, meum amicum, in Aula habebat, demonstrare potui: Non fuisse Electorem adeò exacerbatum, propter ejectos predicantes, neq. Eum tanti istos fecisse, ut tumultum aliquem excitare decreverit. Hæc ille &

Vid. etiam p. 174. de iisdem Comitibus Ratispon. an. 1623. §. Hinc, cum de Saxonis emanatione constaret &c.

sequentia plura ἀξιωμακρόντα, id est, digna memoratu, cum Principibus, tum eorum Consiliariis.

PRO conservanda puritate doctrinæ, compræhensæ libris Prophetiis & Apostolicis, nec non Oecumenicis Ecclesie Symbolis, Augustanâ Confessione & Libro Christianæ Concordiæ superioris seculi anno LXXX promulgato, in suismet provinciis, quas ex obitu Fratris Natu Majoris amplissimas acceperat BEATUS PRINCEPS, cum territoriis Episcopatum, Misnensis, Martisburgensis & Naoburgensis, mox ab initio Imperii sui stipulatus est fidem Prælatorum, Consiliariorum, Parochorum, Officialium cujuscunque dignitatis: interposito Religionis Sacramento, additaque elucidatione Constitutionum Divi AUGUSTI, quæ anno Superiore M. DC. IX. rogata quidem, sed auctorata nondum erant. Mox præscriptis de Consilio Ecclesiasticorum & Politicorum præfulum, certis quibusdam Regulis, Visitationes Ecclesiarum, Universitatum Scholasticarum, & Gymnasiorum provincialium per Ditiones suas instituit, mores Doctorum pariter atque Auditorum emendans, Dotes & Agapas Ecclesiis donatas instaurans, disciplinæ vigorem suum addens, eaque omninò agens, à quibus David, Salomon, Joas, Hiskias, Constantinus, Theodosius, Marcianus, atque alii retro Principes pietatis laudem consecuti leguntur; Si præsertim accenseamus JUBILEOS & Sacra Eucharistica, pro commu-

Tum illibata in suis.

Anno M. DC. XI. &amp; XII.

JOHANNIS GE-  
ORGII cura togata  
pro Religione.M. DC. XIV.  
& seqq.

communibus Evangelicorum beneficiis, dedicata, & exemplo, amicâque Invitatione SERENISSIMI PATRIS nostri, non solum per Germaniam, sed per extera quoque Regna & provincias celebrata. De quorum primo Præmisiensis Episcopus Paulus Pfafecius paulò ante allegatus in Chronicis suis ad calcem anni M DC XVII: *In Germania (inquit) Lutherani, anni secularis à die ultima Julii celebrati, Octobris Anni 1517. celebrarunt festivitatem, indicam ab Electore Saxonia JOHANNÈ GEORGIO; Qui etiam monetam auream tunc cudi fecit, cum tali gnome: SÆCULUM LUTHERANUM.*

Si addamus porrò SYNODOS, quas dirimendarum quæstionum Theologicarum causa sumptu suo convocavit ex indigenis pariter ac vicinis, cum Theologis, tum Jureconsultis: facemque Universis per Germaniam & vicina Regna Ecclesiis prætulit, si qua controversiæ alibi motæ, & ad SERENITATEM suam sive à partibus, sive à Magistratibus Earum devolutæ essent. Cujusmodi erant Prutenicæ quæstiones de intrinseca, & non Objectiva solum Verbi divini efficaciâ; Hasiacæ & VVürtembergicæ, de compatibilitate, ut loquuntur, exerciti pleni domini Christi in cælo & terra, secundum humanam naturam, cum statu extremæ exinanitionis & passionis pro expiandis humani generis sceleribus: Sive etiam dica scripta fuisset Universis per Europam & præcipuè per Romanum Imperium, Dei gratiâ obtinentibus Orthodoxis Ecclesiis, de authenticis Exemplaribus Augustanæ Confessionis, de authentico ejus Interprete: De limitibus doctrinæ Evangelicæ positis in Transactione Passaviensi & Pace Religionis: De jure retinendi Bona Ecclesiastica ad Conservationem Ecclesiarum & Scholarum Orthodoxarum per Dominos Territoriorum, & DONANTIUM hæredes dudum applicata: De jure summorum Imperii Statuum capiendi arma defensiva pro aris & focus suis adversus quemcunque Invasorem: De obligatione admittendi quosvis ad communia sacra & jura Orthodoxorum, qui profitentur saltem: Approbare se præcipua Symboli Apostolici capita; cum libertate tamen contradicendi cæteris divinitus revelatis, & promiscue utendi Sacramentis in coetibus Orthodoxorum, Pontificiorum, Calvinianorum, Arminianorum, & quarumvis aliarum Sectarum, præcipua Symboli Apostolici capita saltem non improbrantium &c. Non nisi vigiliis, non nisi curis, non nisi evocatis Viris doctis, & non nisi impensis ac sumptibus SERENISSIMI DUCIS ELECTORIS SAXONIÆ DNI. JOHANNIS GEORGII PRIMI, constitit objectorum istorum nodorum solutio.

Edicite Annales, ecquis Germanorum Principum tam frequentes, tam sumptuosas, tam splendidas Legationes integris & continuis Quinquaginta annis, pro salute Domesticorum Ortho-

Coactæ Synodi.

M DC XX. &amp; XXIV.

1.

2.

3.

Ann. M DC XIX. &amp; XXX.

4.

5.

JOHANNIS  
GEORGII cura  
armata pro Re-  
ligione.

Anno Christi  
M DC XXXI.

Judic. XIV.

Diog. Laertius in  
Thaete.  
Valerius Max. lib.  
IV. c. 1.

Littera Tilly &  
Propositio Legati  
Hispanici anno  
M DC XXXI.  
in Tract.  
M DC XXXVII.  
edito, sub Tit.  
Danckbarkeit  
des Churfürsten  
zu Sachsen etc.

Orthodoxæ fidei ad Imperatores, ad Reges exteros, ad Duces  
maximos & medioximos, sumptu suo expediverit; atq; in apri-  
co est expedivisse JOHANNEM GEORGIUM PRIMUM? Proferte Tabulas, Equis Germanorum Principum in Comitibus  
Imperii, conventibus Principum, Congressibus supremi Capi-  
tis cum membris præcipuis, in communionem sollicitudinis ad-  
scitis, inde à primordio currentis hujus seculi, curas æquales,  
sumptus æquales pro salute Patriæ & conservatione doctrinæ  
Evangelicæ impenderit? Æquales, inquam, curis & sumptibus  
JOHANNIS GEORGII PRIMI, Directoris Statuum Evange-  
licorum in negotiis Religionem & Remp. attinentibus? Et Tu  
Sol, omnia lustrans, computa nobis Legiones Cataphractorum  
& galeatorum militum, quas confœderatorum Evangelicorum  
Principum quisque in aciem produxit, quum ante hos XXVIII.  
annos ad Arma pro Religione Evangelica tuendâ confugien-  
dum erat, apparatus & impensis Ducis Electoris Saxonie aequi-  
parandas! Profecto, si unquam locus fuit Simsoniano illi ada-  
gio: *Nisi vitulâ meâ avassetis, non abstulissetis triginta sindonas, nec totidem  
tunicas!* fuit ei in isto Lipsiensi adversus Ligistas commisso præ-  
lio: At, quæ septem Græciæ Sapientum modestia erat, ut tripod-  
em aureum, fortuito verriculi jactu de mari extractum, quisq;  
socio ac Collegæ suo deferendum censeret, donec ad Solonem  
pervenisset, de quo Phœbus responderat:

*ὅς σοφίη πάντων πρότος, τρίτω τρίποδ' ἄνδῶν.  
Hanc mensam teneat reliquis sapientior exstans.*

Ea sedit animo pientissimi Principis JOHANNIS GEORGII,  
ut post Deum, GUSTAVO ADOLPHO, sine comparatione  
Magno Suecorum Regi victoriæ gloriam tribueret, Deoque so-  
lennem in Ecclesiis suis Triumphum decerneret. Cui verò in-  
stinctui transcribemus jactû tam periculose alexæ? præterquam  
*uni in Deum Pietati*, quæ puritatem Evangelii nolebat contami-  
nari lutulentis Aprorum unguis? Absque illa fuisset; jam per-  
vicissent Sirenum cantus, quæ suavissimè modulabantur:  
*Relinquenda esse Ensifero Territorii jura, modò Dagoni juxta, Deum Israelis  
faceret locum, in quo dira sua carmina redauspicaretur.*

At gloria sit immortalis Deo, laus Virtuti GUSTAVI ADOL-  
PHI, laus pietati Ducis JOHANNIS GEORGII, junctorumque  
victoricibus armis!

*Quòd Escam Nos non dat DEUS perfidorum dentibus:  
Cassibus illorum ruptis, sospites evasimus,  
Capta velut volucris Rete fugit aucupis.*

Acce-

*Acce-  
pit, et in  
& ceteris  
Ordo*

Accedimus ad Alterum Paradisi fluvium derivatum in Serenissimum Principem JOHANNEM GEORGIUM PRIMUM per Canalem PRUDENTIÆ erga Consiliarios, subditos & Æquales. Non semel atq; iterum, sed frequenter monuit B. Lutherus: Oportere Bonum Principem, etiam prudentia superare omnes suos Consiliarios. Non solum, quia sic deceat, ut Dux belli, fortitudine & experientia superet omnes Legionum suarum Tribunos, & ut Tribunus vexilliferum aut metatorem suum; Verum etiam, quia necesse sit tunc ad fiduciam de conservandis aris & focis, liberis ac fortunis suis, Subditorum animis ingenerandam: tunc vero, ad agnoscendos & corrigendos Consiliarium errores & affectus, à quibus facilius est liberari, vel etiam immunem esse Unum Principem, quam plures, certatim ad fastigia contendentes. Excel-  
luisse hac prudentiæ virtute plerosque suæ ætatis Principes FRIDERICUM TERTIUM ejus nominis, Ducem Electorem Saxonix, sub cuius Patrocinio Veritas Evangelii impune saltem audiri meruit; Consentiens omnium superioris Seculi Historicorum vox est, etiam illorum, qui disparem Dei Cultum sectabantur. Nec quisquam illi præconium hoc invidit, præter unam invidam Romam, quæ jussit hæc omnia deleri de libris superiore seculo divulgatis. Excelluisse autem FRIDERICUM non tam acquisitâ quam innata prudentiâ, passim commemorant Historici; quamobrem Lutherus frequenter appellatur Dux non factus, sed natus, non institutus, sed divina Indole imbutus, cui Deus Consiliarium suæ indolis excitaverat Fabianum à Feilitz. Et hoc Duumviro præres censebat Lutherus universo Orbi gubernando. Ab eodẽ naturalis prudentiæ dono laudatũ Sua ætate Beati NESTORIS nostri AVUM AUGUSTUM, reperias apud Exoticos quoq; Scriptores Thuanum, Metteranum & Paulum Merulam. Per similem verò prudentiæ effigiem ad vivum descriptam fuisse in Ore SERENISSIMI Ducis JOHANNIS GEORGII, in vultu, labiis, silentio, auscultatione, modestia & tolerantia, si qua prolixius effunderentur rogatæ à Consiliariis sententiæ, in meditatione, ruminacione ac pensatione earundem, ac tandem Colophone deliberationibus imposito, qui prudenti Principe dignus erat; fateri omnes necesse est, quibus unquam contigit de negociis Divinum Cultum aut Rempubl. attinentibus, à B. PRINCIPE in consilium vocari: ut denuo in AVUM & NEPOTEM quadret, quod principio dicebamus de per simili Corporis & morum habitu inter Trajanum & Theodosium Imperatores, de quibus Sextus Aurelius Victor: Mens prorsus similis, adeo ut nihil dici queat, quod non ex libris in istum videatur transferri. Clemens animus, Misericors, communis: solo habitu differre se ceteris putans: In omnes homines honorificus: Verum effusus in bonos: simplicia ingenia aque diligere, erudita mirari: Literis, sã nimi

Alter Paradisi fluvius PRUDENTIÆ.

Luther. in libro de Magistratu seculari, & commentar. in Psal. Cl.

Friderici Tertii prudentia Romanensibus exosa. Thuan. l. 2. Meterr. l. 1. Merula. Thesaur. ad anno 1522.

Index Expurgatorius Romanus & Hispanicus in Eusebii Chronic.

Elect. AUGUSTI prudentia. Thuan. lib. 72.

JOHANNIS GEORGII.

Aurelius in Vita Theodosii Imp.

Joach. Camera-  
rius, in epitome de  
Vitiis Caesarum, ad  
Theodoretum histor.  
Eccles.

De mendaciis Zo-  
symi lege Evagrius  
lib. III. c. 40. 41.  
per tot.

Photius Bibl.  
cod. XXCIX:  
Geminas esse ait  
Eunapij & Zo-  
symi historias  
ἐν ἑαῖς τῶν ὁμο-  
βῶν βασιλέων  
ἀποβόλαις.

Et de Zosymo:  
πολλὰ κίς ἐν  
πολλοῖς ὑλά-  
κτων κατὰ τῶν  
ὁμοβῶν.

i. Saep̄ & in multis  
oblatrans, sive  
eganniens piis.  
Vide Joan. Filesa-  
cium, Select. l. c. XV  
Baronium ad an-  
num Christi  
CCCXCV. Leun-  
clavium in præfat.  
editionis suæ.

Bellarminum, Pos-  
sevinum & Vos-  
sium, in Zosymo,  
Canum. XILL.  
cap. penult.

Zosymus lib. IV. ex  
edit. Leunclavii.

A& Apost. XIX.  
Symmachus l. II.  
epist. XIII.

Fluvius Tertius d  
paradiso manans  
per Clementiam.

(a) Eadem Vetan-  
tur in Const. Elect.  
Saxon. Eccles. &  
Polit.

nimum perfectos contemplerur, mediocriter doctus. Sagax planè, multumq;  
diligens ad noscenda nova gesta, &c. Quæ contentio Vestro etiam  
Camerario observata fuit. In literis inquit, atq; artibus is erat Theodosius,  
quem neque eruditum, neque Indoctissimum diceres. Sed quæ attexit de  
Inconstantia animi, mortum mollicie, amore otii ac quietis, ea temerè cre-  
didit Zosymo Scriptori Pagano, Exadvocato fisci, & fugillatori  
Imperatorum Christianorum, inprimis autè Theodosii, eò, quòd  
post devictum Eugenium, & morti vicinus, Senatam Romanam patriæ Avi-  
tisque sacrorum ritibus, id est, Idololatriæ paganae inherentem, oratione pu-  
blicè habita monuisset, ut missum facerent errorem, quem hæcenus secuti suis-  
sent: & Christianorum fidem amplecterentur; negassetque: se deinceps ero-  
gaturum de fisco Imperii sumptum, qui in sacra victimasque Deorum fiebat,  
uti Zosymus ipse refert. Hoc nempe momordit Advocatum fisci,  
quod mordebat Aurifabrum Ephesinum, squalente Dianæ cultu.  
Sanè, quod ad Theodosii mores attinet, refellitur Zosymi ma-  
litia, non solum ab Evagrio & Photio Christianis, verum etiam ab  
ipsis Zosymi complicibus & coætaneis, æquè infestis Veritati  
Evangelicæ, at paulò æquioribus veritati historicæ: Sexto Aurelio  
Victore, Themistio, Oratore & Philosopho ex commentariis in Ari-  
stotelem scriptis celeberrimo; Symmacho, præfecto Urbis & Con-  
sule, jurato Christianorum hoste, lib. II. Epist. XIII. inscriptâ ho-  
mini itidem pagano Flaviano, de Virtutibus Theodosii: tametsi Eum  
cultus aviti Destructorem appellet.

Delibabimus pauca ex fluvio Tertio, Paradisi propagi-  
ne: per Comitatis & Clementiæ Canalem derivatâ in familiares &  
Subditos JOHANNIS GEORGII PRIMI. Quæ  
quidem exprimere poteram Sexti Aurelii Victoris, laudati  
Civis Romani & Consularis Viri de Theodosio paullulùm in-  
flexis sermonibus: *Largiri Magno animo Magna: Amare Cives,*  
*vel privato contubernio cognitos, eosque honoribus, pecuniâ, beneficiis cete-*  
*ris munerari, præsertim quorum erga se, velut Patrem, aspero casu officia*  
*probaverat. Illa tamen quibus Trajanus aspersus erat vitia, vinolentiam*  
*scilic. & cupidinem triumphandi usque adeò detestatus est, ut bella non*  
*moverit, sed invenerit, prohibueritque lege, (a) ministeria lasciva ( Epinn-*  
*Stuben) Psaltriasque comessationibus adhiberi ( robe. Zânge) Tantum pu-*  
*dori tribuens & continentie, ut Consobrinorum nuptias vetuerit tanquam*  
*Sorum. Melior haut dubiè post auctam armis potentiam ( quod est*  
*vana virtutis) multoq; maximè post civilem victoriam. Nam & anno-*  
*na curam sollicitus attendere, & auri argentique grave pondus mul-*  
*tis remittere: cum Benigni Principes ( etiam benè de Republ. meritis)*  
*vix fundos soleant nudos, ac deformata prædia concedere. Jam illa*  
*minutiora, & ut dicitur, intra Aulam, quæ quidem, quia occulta sunt,*  
*magis naturæ hominum curiose oculos auresque ad se trahunt: Fratrem*  
*natu majorem colere tanquam Genitorem: Ejus Viduam curare tanquam*  
*suam: Cognatos Affinesque Parentis animo complecti: Elegans latumque*  
convi-



convivium dare, non tamen sumptuosum: Miscere Colloquia pro personis, studio, dignitatibus, sermone cum gravitate jucundo. **BLANDUS PATER, CONCORS MARITUS.** Exercebatur neque ad illecebras, neque ad lassitudinem. Venationibus magnis, cum esset ocium, reficiebat animum: vescendi continentiam vultudinem regebat.

Cæterum B. Theodosii & **JOHANNIS GEORGII** erga Subditos suos Indulgentiam, Mediolanensis Antistitis Ambrosii verbis potius exprimam: Nihil, inquit, gloriosius habebat exitus Tanti Principis, qui omnia jam Filiis tradidisset, Regnum, potestatem, nomen Augusti: quam quod immane quantis promissa annonarum exigendarum relaxatio, facta est ejus hereditas.

Immane quantis relaxationem exigendarum annonarum factam esse, vivo ac jubente **SERENISSIMO PRINCIPE**, non solum non ignoratis, Auditores, sed obtestor vestras nunc quoque conscientias, ut nominetis mihi sive in prædio Nobilem, sive in Urbe Civem, sive in pagis Rusticum, qui parilem gratiam vicino debitori suo fecerit, quantam per omnes Ditionis suæ provincias subditis suis fecit **INDULGENTISSIMUS PRINCEPS JOHANNES GEORGIUS**? Edicite, sodes, An non Extraneorum pariter atque Hostium fortunæ pingviores factæ sint, ex Indulgentia **Optimi Principis**? detrahentis id congiario & fisco suo, quod impius miles, aut immitis Exactor excutiendum inveniat, suamque in rem vertat? Quod Hostis quondam Nutritori suo vi ac fraude extorsit: quod postea, tanquam Rem suam, apud hospitem deposuit: Aut quod foenerator de Indigenarum sanguine emunxit, eique mox novi crediti nomen imposuit; id cavet videlicet pius Princeps, ne periret foeneratori! Et quemadmodum Benigna mater natura novas subinde carnes generat, in quibus Gangræna se exercent: Ita **PIUS PRINCEPS** Civium fortunis adjecit de suis, quod Hostium & foeneratorum impietas depascatur! Ac ne gratis videatur fuisse Pius, indulgentissimus Pater, jubentur credere **ILLUSTRISSIMI Hæredes**: Legatum esse à Vulturibus ad pias causas, quod ex **PRINCIPIS** beneficentia ad Civium facultates instaurandas, nequaquam verò ad Hostium facultates augendas destinatum erat. Sed de eo viderint Cotta & carus in Aula.

**JOHANNES GEORGIUS** æquior fuit fortunis Privatorem quam suis.

Nos degustaturi etiam Quartum, è paradiso in animum **DUCIS JOHANNIS GEORGII PRIMI** derivatum flumen, nomen ei damus **MAGNANIMITATIS**, cui nemo negabit, etiam in **PACIS** studio locum esse posse. De Theodosio paullo ante **Sextus Aurelius**: Quod bellum non moverit, sed invenerit: In Duce Electore **JOHANNIS GEORGIO** vidit & admirata est **Univerſa Europa**, pars

Quartus è paradiso fluvius, Magnanimitas.

etiam traduxit tanquam desidiæ argumentum, quòd bellum etiam inventum dissimulaverit, quantum potuit.

Qui partium de legitima successione in Ducatus Juliæ, Clivæ &c. contententium facultates ante hos Quinquaginta annos æstimare potuerunt, non affirmabunt, defuisse SERENISSIMO DUCI ELECTORI sive vires, sive animum, ne jus suum armis tueretur: *Jure autem potius decernere voluisse, quàm armis, ne vicinorum & civium tranquillitatem turbaret*, etiam æmulos confiteri necesse fuit. *Prævidit Æquissimus Princeps, si vi ageretur, Totam Remp. posse pessundari.* sunt verba *Carassæ*, perstringentis eam de Juliacensi successione contentionem.

Carassa ad annum  
M DC X. Duces  
& Electores Saxo-  
niæ viam non tam  
asperam ad reme-  
dia quærebant, sed  
patientia & preci-  
bus agendum ar-  
bitrabantur; præ-  
videntes, si vi age-  
retur, Totam  
Remp. posse pes-  
fundari.  
Jacobus VI. in  
Dono Regio.

Si ratione & experientia nititur JACOBI Sexti, ANGLIÆ, SCOTIÆ & HIBERNIÆ quondam REGIS interdictum: quo vetat & coercet SUCCESSOREM suum à *Venatione Magnarum ferarum*, ne videlicet *per strages & maculationes grandiorum belluarum, Lanionum moribus assuesceret PRINCEPS, & ad hominum quoque Lanienas adduceretur*; concedent utiq; Areopagitæ: quòd ad hostilis cruoris effusionem non magis peritura fuisset Illustrissimis JOHANNIS GEORGII oculis cernendi acies, quàm ad cruorè Urforum, Aprorū, Lynciorum & luporū. Et JACOBUS ipse, si viveret, mallet, opinor: Leonina vel Ursina pelle Contactū Olivierium Venabulo CAROLI STUARTI suffecisse prædam, quàm quòd Oliverio CAROLUS piacularè suffecit hostiam. *Irasci sane rebus indignis, sed flecti citò: (habet in Theodosio JOHANNIS GEORGII encomium) Unde modica dilatio ne emolliebantur aliquando severa præcepta.* Habuitque à Naturæ munere, quod Augustus à Philosophiæ Doctore didicerat: Qui eum audivisset eum facile commoveri; ne asperum aliquid statueret, monuit, ut, ubi irasci cœpisset, quatuor atque viginti Græcas literas memoriâ recenseret: ut illa concitatio, *quæ momenti est, mente alio traducta à parvi temporis interjectu languisceret.*

Neminem latet, in radenda & maceranda hac unâ Theodosii verucâ potissimum occupatâ fuisse Ambrosii sollicitudinem. *Dilexi, inquit, Virum, qui magis arguentem, quàm adulantem probaret. Stravit omnè, quo utebatur Insigne regium: deflevit in Ecclesia peccatum suum, quod ei aliorum fraude obrepserat: (cui geminum JOHANNI GEORGIO, Deo sit laus, non surreplit) Gemitu & lacrymis oravit veniam. Si magnum est, misericordem aut fidelem quemcunque hominem invenire; quanto magis Imperatorem, quem potestas ad ulciscendum impellat, sed revocet hunc ab ultione moderatio? Beneficium se putabat accepisse Augustæ memoriæ JOHANNES GEORGIUS, cum rogabatur ignoscere: Et tunc propior erat venia, cum fuisset commotio major Iracundia.*

Vide p. 174. seqq.

Pertinaci studio, admirandâ atque etiam stupendâ patientiâ cavisse B. PRINCIPEM JOHANNEM GEORGIUM, Ne *Cæsarem suum temerè irritaret*, non uno loco recenset CARASSÆ

Cardi<sup>2</sup>

Cardinalis, tunc in Germaniam missus Legatus. At postquam Principi de vita & Majestate Imperatoris preclarè, si quisquam alius, merito, non licebat esse quieto, etiam intra conchyliis sua se abdenti; ostendit videlicet, etiam nostra tela cuspides habere: neque admisit delenifica Hispanorum blandimenta, neque etiam Legatum Regis, cui à PARADISO nomē erat, denuò ista, quæ paullò ante SIRENES cantillabant, & ampliora offerentem, Donec fatis suis functo Belli socio, incomparabili Rege GUSTAVO ADOLPHO, æquas Pacis, vel longarum potius Induciarum conditiones acceptare se posse crederet, communemque nostram Patriam Germaniam, interea & currentibus Induciis, domestico robore in libertatem pristinam asserere se posse speraret. Quæ actio quanquam Extraneo militi ad palatum non esset, à nonnullis etiam Indoctis Rabulis & Blateronibus traduceretur, tanquam adversa confœderationi cum Solo Rege GUSTAVO inita; Vide Tract. Chur Sachsens Danckbarkeit gegen Schweden/ Ann. 1637. editum. Dixerunt tamen causam pro innocentia PRINCIPIS, Eidem SERENISSIMO REGI recens & superiore anno pacta conventa cum Illustissimo Duce Pomeraniæ BOGISLAVO; aliaq; haut ita pridem sancita inter Majestatem suam & Magnum Ducem MOSCOVIÆ: An. M. DC. XXX. d. 18. Julii. Nec non recentissimæ, quæ inter Reginam & Regnum Sueciæ, ac Polonos ab altera parte, mox à Pragensi Pace pangebantur Induciæ. d. XI Julii M DC XXXV. apud Piascium fol. 573. Conceptis nimirum verbis testantur, quòd non solum afficiant *notitiam & consensum Successorum* in rem ab Antecessoribus suis gestam: verum etiam *Obligent Successores* ad continuandas patetorum leges, extincto alterutro contrahentium.

Deniq; cum *in sine hominis, ex verbo Sapientis, fiat denudatio Operis* Epilogus. Sir. XI. Erpen. Cent. II. n. 20. Ejus, & *omnis ovis* (ex Arabum proverbio) *suspendatur è Calcaneo suo, &c.* ut hæcenus à nobis dicta in compendium redigamus: Exseruit Magnanimus Princeps ultimum *Magnanimitatis* suæ conatum in Hostem ultimum, qui MORS est, & præmissas Ejus phalanges: Magnanimitatis ultimus conatus. quæ prælusoriis velitationibus, longum equidem & per integrum fermè annum pulsarunt invictum pectus, non defatigarunt tamen, neque de statione sua dimovere potuerunt: quin astantibus etiam luctæ Spectatoribus accenderentur animi inculcato frequenti & solennissimo hoc celeusmate:

*Quid angimini?*

JESUM MEUM NON DESERAM.

Exseruit Pius PRINCEPS defecatæ *Pietatis* suæ Constantiam, non solum accersendo singulos Ordine FILIOS, eisq; Sacrum illud puritatis Evangelicæ depositum, ex cujus fideli Custodiâ Domus Incluta Saxonica ad invidendam sublimitatem provec̄ta est, paternè ac graviter commendando; sed tabulis etiam Testamentariis custodiam istam Lege tam sancta communiuit, quam sine

Orat. in funus  
Theodosii.

everfione statûs fui evertere nemo audeat. *Dilexi virum, qui cum jam corpore solveretur, magis de statu Ecclesiarum, quàm de suis periculis angebatur, perorabat de Theodosio suo Ambrosius: Quantâ dilectione vobis prosequendus sit Beatissimus PRINCEPS JOHANNES GEORGIUS PRIMUS, ob sollicitudinem pro statu Ecclesiarum in cælum secum susceptam; tunc demùm intelligetis, Auditores, quum Testamentariæ Tabulæ ad plurimum notitiam proferentur.*

Prudentia.

Exseruit prudentiæ suæ lucidissimos radios PRUDENS & Lethi memor PRINCEPS, non solum supremâ & signatâ commonefactione FILIORUM, de Micipsæ Numidarum Regis hieroglyphico; sed testamentario quoq; sacramento addito, constrinxit & compegit fascem ipsum, ne dissilire invicem virgulta possint: Nec opus fore timeamus, ut accersatur Roma Metellus, qui Atherbati aut Hiempsali subveniat.

Salustius de bello jugurthino.

Comitatus & benevolentia.

Exseruit tandem benevolentia & beneficentia innatum calorem Blandus PATER, CONCORS MARITUS, BONUS PRINCEPS, imminente jam migrationis horâ, quid dicam horâ? labente jam penultimâ Clepsydræ guttâ, demulcendo astantis ad lectum fidissimæ Conjugis, & per quinquaginta propè annos vitæ fortunarumq; sociæ manus, aures, animumq; ipsum: instillatis secreto iis sermonibus, quos non infundentis quidem, Recipientis tamen vultus facile prodebat. Primogenito autem Hæredi Rempublicam commendabat, ut & legata dimitteret, & fidei commissa signaret.

Supra in libro, de Magistratu seculari.

Ambrosius in fun. Theodosii.

*Sic partitus est (ex B. LUTHERI Instituto) BEATUS PRINCEPS sollicitudinem suâ in quatuor Orbis partes. Sic recessit à NOBIS tantus Imperator, summis quibusq; Principibus æquiparandus. Sed nō Totus recessit: Reliquit enim nobis Liberos suos, in quibus Eum debemus agnoscere: in quibus Eum & cernimus & tenemus. Solvite FILIIS Ejus, quod debetis Patri. Plus debetis defuncto, quàm debuistis viventi! Nam & turbatam Rēubl. pacatam vobis reddidit: & de suo refarcivit, quod belli calamitas destruxerat; & tranquillitati Vestræ prospexit, tantâ moderatione Familiam herciscundo, quantam nec optare temerè, nec per Imperii leges expectare poteratis. Speramus autem, quod & Liberis suis & Nobis apud Christum præsul assistat JOHANNES GEORGIUS, ut propitiu sit Dominus rebus humanis!*

Preces Ambrosii l. d.

*Sed Tu Solus, DOMINE, Invocandus, Tu rogandus es. ut Eum in FILIIS representes. Tu, Domine, custodiens Adultos & parvulos, in hac humilitate salvos facito sperantes in Te! Da requiem perfectam servo Tuo JOHANNI GEORGIO, requiem, quam preparasti Sanctis Tuis. Illo convertatur anima Ejus unde descendit: Ubi mortis aculeum sentire non possit: Ubi persentiat, mortem hanc non Hominis finem esse, sed culpæ. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est, ut jam peccato locus esse non possit. Resurget autem, ut perfectior renovato munere vita reparetur. Dilexi Virum, & ideo persequar Eum usq; ad regionem Vivorum: nec deseram, donec precibus inducam, quo promissio vocat, In Montem Domini sanctum, ubi perennis vita, ubi corruptela nulla contagio, nullus gemitus, nullus dolor, nulla consortia mortuorum: Vera regio viventium! ubi mortale hoc induet incorruptionem. Magna requies, quæ votum impleat diligentis, pulcherrima promissio, quæ manucapionem expectat confidentis! Nec Tua, JOHANNES GEORGI, in hanc Remp., in hanc Universitatem Scholasticam, in Nos collata merita, ullo unquam tempore conticescent aut obliterabuntur.*

F I N I S.

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

21213



H. Lax. C. 66

